



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

3. Gabriele nuncio concipitur in vtero Virginis Filius Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Lucas. plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelū: vnde hoc scia? ego enim sum senex: & vxor mea procelisit in diebus suis. Et respōdens angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deū: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens, & nō poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quōd nō credidisti verbis meis, quæ implebūtur in tēpore suo. Et erat plebs expectās Zachariā: & mirabātur quōd tardaret ipse in tēplo. Egressus autē non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quōd visionē vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permāsit mutus. Et factū est: vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. post hos autē dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq; dicens, Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobriū meum inter homines. *3.	S. Iohannes.
--------------	------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------

CAP. 3. Gabriele nuncio concepitur in vtero Virginis Filius Dei.
Luca Cap. 1. *2.

S. Matthæus.	S. Marcus.	S. Iohannes. IN mēse autē sexto, missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatē Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginē desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, de domo Dauid, & nomē virginis Maria. Et ingressus angelus ad eā dixit, Ave gratia plena, Dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Quæ cū audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutaris. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud Deū. ecce cōcipies in vtero, & paries filiū: & vocabis nomē eius Iesū. hic	S. Iohannes.
--------------	------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	--------------

A 2 erit

S. Mattheus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedē David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelū, Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi quæ vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū verbū tuum. Et discessit ab illa Angelus. * 4.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. * 16.

CAP. 4.